1128

in Premissis obstante Termino ipsum primum peremptorium et contra inscriptionem
presentem Citationis ac processus ex ea emanatos nullis extingutatis coloribus
ut admittentur modis sine cautelis que tam ex iure scripto vel ex consuetu-
dinibus vim legum scriptarum in se complectentur utentium moribus comprobatis
in auxilium et consilium Causae recipi poterint non subterfugiendo neque
evadendo quippe omnibus his et aliis remediis Motionibus Appellationibus
earumque peraductiones prosequutionem Evasionem Patris Dilationibus ad qui-
etandum legalibus quibusvis impedimentis statutis et Constitutionibus lau-
datis et laudandis aliisque omnibus iuris beneficiis sanctis et sanciendis renun-
tiando et abdicando. Et sic idem coram officio praesenti personaliter
stantes Generosa Anna Generosi Alberti Dublewski et Barbara Generosi Ra-
phaelis Bolianowski Consortes legitime de Zamiechow cum Consensu Gene-
rosorum Nicolai Ostrowski et Joannis Brzeszczanski amicorum suorum de linea
paterna proximiorum penes ipsas personaliter stantes a terris Districtibus Pal-
latinatibus iuribusque suis propriis recedentes pure palam recognoverunt
Quia super inscriptionem praesentem per amicos factam quo ad omnia iura sua ipsemet
ultro veniendo cum assistentia personali amicorum suorum consentiunt eademque
approbant super quod mendale solutum est officio praesenti

# Braczieiowski recedit a pro-
cessu super Dublewska et Bolanowska obtenta

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus personaliter stantes No-
bilis Michael Bragieiowski a terris Pallatinatibus Districtibus iuribusque
suis quibusvis propriis ac foro competentibus recedentes iure vero praesenti Castrensi
Praemisliensi iurisdictioni quo ad effectum praesentem attinet incorporatum et in-
inscriptum meum et corpore sanus existens pure palam ac per expressum
recognovit Quia ab omnibus Citationibus Committentibus lucris pro lucris omnique
processu iudiciario super Nobilibus Anna Nobilis Alberti Dublewski et
Barbara Nobilis Raphaelis Bolianowski consortibus cum assistentia ma-
ritorum ipsorum in officio praesenti Castrensi Praemisliensi occasione cuiuscumque
rei perductis iam ex nunc recedit easdemque ob satisfactionem sibi de praemissis
praestitam perpetue cum eorum successoribus quietat omnemque processum iudicia-
rium cassat mortificat obliterat perpetue praesentem sua recognitione
mediante Quod mihi firmatum est.

# Braczieiowski cedit Dublo-
wska et Bolanowska

1129

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus Nobilis
Michael Bragieiowski a terris Pallatinatibus Districtibus iuribusque suis quibus-
vis propriis ac foro competentibus recedentes iure vero praesenti Castrensi Praemisliensi
iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad actum effectumque praesentis in-
scriptionis attinet incorporatum et subiicientem sanus meum et corpore existens pure
palam ac per expressum recognovit, Quia de omni ac integro iure suo tamquam
de omnibus generaliter inscriptionibus sibi per Nobilem olim Zyprianum de Zamiechow
Nobilis Nicolai Cieszynski Consortem cum assistentia et consensu eiusdem
Cieszynski super sortem villae Zamiechow ac alia quaevis bona in do-
natione facta et inscripta cum omni iure dominio et proprietate et cum omnibus pun-
ctis clausulis articulis Intromissione tuitione Evictione ac aliis omnibus
generaliter conditionibus in eodem iure et inscriptione spensificatis et descriptis
Nobilibus Anne Nobilis Alberti Dublewski et Barbarae Nobilis Raphae-
lis Bolianowski Consortibus ac ipsorum legitimis successoribus iam ex nunc
cedit et condescendit ac omne ius suum in easdem transfundit incorporat
et inscriptum [illegible] sibi successoribusque suis reservatis et exceptis
Dan et admittens eisdem iam ex nunc coram officio praesenti in bona ut praemissa
est cessa et transfusa realem in terrenum et actualem pacificamque possessionem
per Ministerium Pallatinatus Russiae Generalem quemcumque per ipsasque Dub-
lewska et Bolanowska et earum successores bona praefata transfusa cum omni
prout supra tangitur est iure dominio tenendum habendum possidendum pro usuque suo et suc-
cessorum suorum meliori et utiliori commertium perpetue Inscribitque se cum
successoribus super omnibus bonis suis praesentibus inscriptionem ex his Actis ad
Acta Terrestria Praemisliensia ad primos vel secundos terminos Terrestres Praemisli-
ensis transferre et transportare ac circa transportationem inscriptionis praesentis
Generosam Maretham de Jastemanice consortem suam cum duobus amicis de
linea paterna proximioribus ad consentiendum super inscriptionem praesentem ad Acta
Terrestria Praemisliensia adducere et statuere sub vadio Mille florenorum poenae
monetae polonicalis Pro quo quidem vadio Casu non satisfactionem praemissis